

1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.



1748.

1. Brokes, Hauricus: Selectae observationes forenses.
2. Brokes, Hauricus: De praecorum inquisitorio in  
iudiciis institutus usitato.
3. Buderus, Christianus Gottlob: Programma: De feudis  
in Romanicis ad 2 F 33 § 1. et 2 F 40; quo  
Gentilium Gualteri Krenstleri ... dissertationem inaug.  
indicit.
4. Buderus, Christianus Gottlob: De operis Burgensium.
5. Engan, Dr. Rudolphus, Fac. jur. Decanus: De ratione operis  
in libro Tominiaco Describendi. Programma, inaug. Dispu-  
tationi Caroli Com. Vit. Ruckeri praemissum.
6. Engan, Dr. Rudolphus: De poenis in tutores petendo  
negligentibus. 2 Saemfl.
7. Engan, Dr. Rudolphus, Fac. jur. Decanus:  
Programma, inaug. Disputationi a Leon. Schloff Storchis habende  
praemissum.

1748

8. Heibingius, Joannes Jacobus: De virtute conferendae  
pacis.
9. Heimbürgius, Fr. Cesp: De spoliis universitatis.
10. Heimbürgius, Fr. Cesp; Fisc. jur. prodecamus: Programma.  
"De judicato anomalo in clausula remota appellat.  
Lionis rescripto edita conspectus", Dissertationi in auct.  
Secretis Ludovici Caroli Schmittii. -- praemissum
- 11<sup>9. 10.</sup> Hoffmannus, Franc. Ludw.: De motis Germanorum coercenti  
malevolus accusatores. 2. Quaeft.
12. Palpius, Christianus Fidevicius: De divisione logica  
non semper per membra contradictorie apponita  
formanda.
13. Revenbergius, Fr. Justus: De pignore in re aliena  
constituto ejusque effectibus diversis

1748.

14. Stockius, Dr. Christianus: De vienis humani fabricae  
et fundamento lethalitatis violentarum caudati visceris  
caesionum.

15. Frantman, Gollub Fridericus Amicus: De remediis  
abbreviandi processum jurisdictionem.





1748, 6<sup>a</sup> 7

DISPVATIO INAUGVRALIS IVRIDICA

6

DE  
**POENIS**  
**IN TVTORE PETENDO**  
**NEGLIGENTIVM**

QVAM  
DIVINIS AVSPICIIS  
CONSENSV AC AVCTORITATE  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
IN CELEBERRIMA  
ACADEMIA SALANA

*SVB PRAESIDIO*

**IO. RVDOLPHI ENGAVII, D.**

COD. ET NOVELL. P. P. O. CVRIAE PROVINC. AC FA-  
CVLTATIS IVRIDICAE ASSESSORIS  
SCABIN. COLLEG. SENIORIS

PATRONI AC PRAECEPTORIS

AETATEM COLENDI, DEVENERANDI

PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

CAPESSENDIS  
D. XXX. MARTII MDCCXLVIII.

*H. L. Q. C.*

DEFENDET  
A V C T O R

**IOHANN DETHLOFF STORCH**

GÜSTROVIENSIS MEGAPOLIT.

\*\*\*\*\*  
LITTERIS SCHILLIANIS,



ROBERTUS  
IN TAVORNIENSI  
EPISCOPUS

ACADEMIAE  
SACRAE  
SALONICENSIS

IO. RYDOLPHI ENGELI  
CANTORIS  
SACRAE  
ACADEMIAE  
SALONICENSIS

PRO STABULO  
SACRAE  
ACADEMIAE  
SALONICENSIS



tuto  
rato  
etc.  
scre  
pet  
ber  
con  
plan





Q. D. B. V.



Non unam tantum uel alteram, sed plures Iuris Rom. et Germ. in re tutelari differentias obseruarunt, atque illa praesertim, quod *I. Roman.* cura a tutela distinguatur, et tutor a solo patre liberis testamento, itidem curator adolescenti nonnisi uolenti a iudice, detur etc. contra *I. Germ.* cura aetatis a tutela uix discrepet, eaque matri pariter ac patri ex lege competat, nec minus tutores ab utroque parente liberis testamento dentur, ac adolescentibus tam con- quam dis- sentientibus constituentur etc. ex- planarunt ad unum fere omnes rerum ac iurium

A

tute-

tutelarium DD. De eo autem: *Num mater et agnati tutorem pupillis secundum leges moresque Germanorum, sub pœna hereditatis priuandæ, Iure Romano fundata, petere teneantur nec ne?* disceptant acriter. Quæ mea sit hac de re sententia, eam paucis tradere licebit.

## §. I.

Tutores  
sunt

Tenuioris ætatis homines parentibus orbati, eorumque præsidio destituti, quos pupillos, *Kinder, Mündel, Mündlinge, Mündlerjährlige, Waisen*, nominamus, dum se suaque bona ipsi defendere nequeunt, subsunt *tutoribus*, qui, olim *munduualdorum* \* et *Mundeburdorum* nomine uocati, hodie uarias fortiuntur appellationes. Audiunt enim *Gerhaber* \*\*, *Monper* \*\*\*, *Vormünder*, *Pflegger* \*\*\*\*, *Pfleg-Väter* \*, *Vögte* \*\*, *Treubalter*, *Treusträger* \*\*\*, *Verfórger* \*\*\*\*, *Schirmer*, *Verweser*, *Vertreter*, † &c. atque in pactitios, testamentarios, legitimos et datiuos †† diuiduntur.

\* *L. Longob.* I, 16, 8 et 17, lum, annotauit DV FRESNE  
5. II, 2, 4 et 6, 1. Plures textus, *Glossar.* h. v.  
quibus hoc occurrit uocabu-

b) Hæc

\*\*\*) Hæc denominatio, qua  
in prouinciis *Austriacis*, et  
*Ducatu Bauaricæ* frequentatur,  
atque *I. Prou. Bauar. tit. V.*  
art. 1.4.8.9.10. *Tyrolensi Libr.*

*III, tit. 46. 47. Leopoldi neuen  
Gerbahschafths-Ordnung*, et in  
aliis constitutionibus legitur,  
Maximiliano Imperatori, qui  
tutores, lucri ex re pupillo-  
rum quærendi plerumque  
studiosos, probe cognouerat,  
ansam dedit ad festiue luden-  
dum: *Gerhaber sind Gerhaber.*  
v. WEHNER obs. pract.  
h. v. HERTIVS L. 1. paræm. 76.

\*\*\* *Zweybrückische Hofge-  
richts-Ordnung tit. 13.*

\*\*\*\* *I. Prouinc. Bauar. tit. V.*  
art. 8. *Braunschweig. Hofge-  
richts-Ordnung. tit. 23. 24. Spec.  
Suev. art. 107. ap. SCHANNAT.  
Samlung alter Historischer  
Schriften und Documenten p.*  
227. seq.

\* *Hobenloisches Land-R. p.*  
*II, Tit. 1. §. 3.*

\*\* *Statut. Uhmens. de anno*

1616. p. II. c. 13. ubi u. *ermöbl-  
te und erküfste Voigt, Träger  
oder Vormünder sollen --- ver-  
schweigen.*

\*\*\* *I. Prou. Bauar. tit. V.*  
rubr. et art. 6. Ita uero dicun-  
tur a singulari fide pupillo  
seruanda. v. HEVMANNI *O-  
pusc. p. 314.* Hic simul notes  
uelim, isto nomine plerum-  
que curatorem a tutore di-  
stinctum, *I. P. Bauar. tit. V.*  
art. 5, et quandoque execu-  
torem testamentarium signi-  
ficari HEVMANN. c. 1.

\*\*\*\* *I. Prou. Bauar. tit. V.*  
rubr. et art. 11. 12. 15. 16.

† *MOSERS Teutisches  
Staats-Recht p. XVIII. c. 87. §. 2.*

†† Pactitorum nullam  
mentionem faciunt *Chur-  
Maynz. Unter-Ger. Ord. vom  
Iabr 1543. fol. 16. Chur-Trier.  
Unter-Gerichts-Ordnung vom  
Iabr 1537. fol. 401. Reform.  
Francof. p. VII. tit. 1. §. 3. Wor-  
mat. p. I. lib. 4. tit. 1. Stat.  
Hamb. p. III. tit. 6. nr. 1. Hen-  
neberg.*

A 2

\*

neberg, L. O. Lib. III. tit. 6. c. 1. §. 1. aliaque jura tam provincialia quam statutoria. Sic quoque antiquissimis temporibus ignorabantur testamentarii, ut non nisi legitimi et dativi, *gebörne und gekörne Vormünder*, occurrerent.

## §. II.

uel  
*pacitius,*

Pacta, quibus tutores designantur, prouti perpetuam legem cuidam genti præscribunt, uel huic tantum aut illi pupillo prospiciunt, in *gentilitia* diuiduntur et *particularia*. *Hæc*, siue cum coniuge, siue cum alio priuato, siue cum ordinibus provincialibus inita, toties quoties *illis*, tempore prioribus, contrariantur, superhabere debes, nisi probata sint ab iis, quibus pacto gentilitio ius ad tutelam quæsitum est\*. Cæteroque tutor pacitius reliquis præfertur omnibus\*\*, nisi aliud uelit lex aut consuetudo, cuius præcepto alteruter paciscentium subest, uel etiam plane cesset uera conuentionis causa.

\* MOSER C. TR. C. 89. §. 12. p. 183.

\*\* Pacitiam tutelam uariis de causis commendat, eamque iure optimo reliquis

tutelæ speciebus præferri docet LVDEWIG *Differ. I. Rom. et Germ. in tutelis. differ. 4. not. 22.* in opusc. f. 1086.

## §. III.

## §. III.

Sic quoque tutor, testamento patris matris-<sup>uel</sup>  
ue perfectō et solemnī\* denominatus, inter pri-<sup>testamenta-</sup>  
uatos præferendus est legitimo\*\*. Inter il-<sup>rii,</sup>  
lustres autem ante sec. XV. rariores sunt casus,  
quibus tutela testamentaria probata legitimæ-  
que prælata est. Succedente uero tempore ea,  
illiusque prælatio præ legitima, mox usu in-  
ualuit\*\*\*, mox gentilitio alioue pacto\*\*\*\* fir-  
mata est.

\* Quæstionem: *Num pater liberis suis etiam in codicillis testamento non confirmatis, per epistolam, qualiquali declaratione coram Notario et testibus facta, immo quocunque modo tutorem dare possit, adeo ut excludatur legitimus?* decidant et statuta Stadenſia, Verdenſia ac alia, quæ ad illius decisionem faciunt, interpretentur, eaque una cum Glossis Iuris Saxonicæ, tam prouincialis quam

feudalis, applicent, nec minus disputationes Dd. de hac re litigiosas discutiant alii.

\*\* *Cbur-Maynz. Unter-Ger. O. de A. 1543. f. 16. Reformirte Landes O. der Graffschafft Tyrol Libr. III. tit. 46. Reform. Francof. p. VII. tit. 1. §. 3.* Idem Iure Bauarico hodierno scriptum est; antiqui uero illius Codices testamentarium tutorem plane ignorant. HEVMANNI *Opusc.* p. 201.

\*\*\* *MOSERS Staats-R.* c.l.p. 201. *HERTIUS de special. R.G. Irabus* Sect. II. §. 17. Quin hic uariis sit, nullus plane dubito. Istum uero, quem *MOSERS* c. l. c. 87. §. II. p. 147. refert, itidem ueritatem illius *MOSERI* dogmatis, quo

SERENISSIMAE DOMVI SAXONICAE diuersa iuris tutela testamentaria principia adscribuntur, me nescire lubens profiteor.

\*\*\*\* *MOSER* c. l. c. 86. §. 53. 55.

## §. IV.

uel  
legitimi,

*Tutores legitimi*, qui quandoque ueniunt nomine *tutorum agnatorum*, *gebobrnren Vormünder* \*, *rechte bobrne Vormünder* \*\*, *de latere gladii prouenientium* \*\*\*, dicuntur, quotquot legibus uel uniuersalibus \*\*\*\* uel particularibus designatos legimus. Sunt autem plerumque illi, quibus est proxima spes succedendi in ea, quae minor deberet, nec tamen pro aetatis suae imbecillitate potest, curare conseruareque.

\* *Statuta Verdens.* stat. 27. ubi hæc leguntur: *de des*

\*\* *Dipl. Raceburg.* II. ap. *Per-III. de WESTPHALEN monum. inedit.* To. II. p. 2297.

*Herrn Gottsbalk rechtborne Vormundere* ys.

\*\*\* *Iustit. Lubec.* tit. *Quis potest*



potest esse mundiburdus. Vid. *fieri*, DE LATERE GLADII *debet*  
 Per-III. de WESTPHALEN *processisse*.  
*num. in ed.* Tom. III. p. 624. Ibi \*\*\*\* v. c. A. B. tit. VII.  
 enim sequentia legimus: *Sed* §. 4.  
*quicumque mundiburdus debet*

## §. V.

Tutore pactitio, testamentario et legitimo, <sup>uel</sup>  
 uel ab initio uel postea deficiente, alius a magi- <sup>datiuus.</sup>  
 stratu constituitur, qui *datiuus* audit, itidem *ge-*  
*koberner Vormund* \*, *gemachter Pfleger* \*\*.

\* *Stat. Verdens.* Stat. 27. \*\* *Spec. Suev.* art. 110. et  
 28. SCHANNAT.

## §. VI.

Hunc, testamentario \* pariter ac legiti- <sup>Hos I. Rom.</sup>  
 mo \*\* deficiente, ex I. Romani dispositione, alii <sup>mater alii.</sup>  
 possunt, si uelint, alii tenentur, petere \*\*\*. In his <sup>que</sup>  
 sunt (a) mater †, quæ uel tutelam recusat, uel  
 quam recepit, ob nuptias, quas secundas cele-  
 brat ††, aut ex alia causâ retinere nequit; (b) a-  
 tia †††, et (c) ii omnes, quibus uel ex lege uel ex pu-  
 pillari substitutione proxima spes est pupillo succe-  
 dendî ††††, nec tamén uoluntas aut potestas tuto-  
 rem agendi; (d) liberti.

\* Tan-

\* Tantum abfuit, ut testamentarius reiceretur, L. 120. ff. de V. S. ut potius sine ulla inquisitione uel fatisdatione admitteretur. L. 1. §. 2. de confirmat. tut. et, si minus recte datus esset, id, quod de-erat, per magistratum suppleretur, L. 1. §. 1. ff. de confirmat. tutor. L. 3. §. 1. de testam. tut.

\*\* Ab hoc, qui, licet apud hostem existens, simpliciter prateriri non poterat, L. 1. §. 2. ff. de tut. testam. fatisdatio exigebatur, ob singularem tamen reuerentiam ipsi debitam remittenda. L. 5. pr. §. 1. ff. de legit. tut.

\*\*\* Ipsa tutoris petitio necessitatis erat, siquidem iurisdictionem extraordinariam, cuius omnino erat tutoris datio, magistratus non nisi rogati exercebant.

† L. 2. §. 1. ff. qui petant tutores L. 6. §. 11. C. cod. MONTANVS de tutelis c. 18. n. 1. seqq.

†† L. 6. C. ad Sct. Velleianum. Auth. Iisdem poenis de secundis nuptiis.

††† L. un. C. Th. qui petant Tutores

†††† L. 10. C. de legit. hered. MONTANVS c. 1. c. 18. n. 6. WYRMSEY *obf. pr.* lib. 1. tit. 38. *obf.* 3. n. 8.

### §. VII.

nominatim

Petat autem quis uelit, neque perfunctorie \* neque generaliter u. c. ut, quem iudex elegerit, detur, sed nominatim \*\*, ut scilicet hic et ille constituatur \*\*\*, aut in excusati, remoti, in perpetuum relegati, uel defuncti locum surrogetur tutor idoneus, petere tenetur.

\* L.

\* L. 2. §. 32. ff. ad SCt. Tertull.

\*\* L. 2. §. 23. ff. eod. L. 2. §. 2. qui petant tutores  
NOODT comment. ad ff. eod. tit.

\*\*\* L. 2. §. 1. ff. qui petant tutores.

\*\*\*\* L. 2. §. 35. 38. ad SCt. Tertull. L. 3. C. qui petant tutores.

### §. VIII.

Idque confestim \*, siue quam primum Prætoris huic rei sedentis copia haberi potest \*\*, saltem intra annum \*\*\*, fieri debet sub pcena priuandæ hereditatis, si impubes decefferit \*\*\*\*.

sub pcena priuandæ hereditatis petere tenentur.

\* L. 2. §. 23. 38. ff. ad SCt. Tertull. L. 10. C. de legit. hered.

\*\* L. 2. §. 43. eodem. \*\*\*\* §. 6. I. ad SCt. Tertull. L. 6. C. eod. L. 10. C. de legit. hered.

\*\*\* §. 6. I. ad SCt. Tertull.

### §. IX.

A qua tamen pcena immunis est mater, quæ animi imbecillitate uel lubrico ætatis lapsa \*, aut liberorum suorum paupertate mota \*\*, aut ab agnato aliisue præuenta \*\*\*, aut legitime impedita \*\*\*\*, aut ut lucrum, quo damnum ex neglecta tutela redundans longe superatur, suis procrearet liberis †, nullos tutores, eo quo par erat

Quænam ab ista pcena liberentur?

B

con-

consilio, petiit. Sic quoque cessat pœna, si pupillus uel intra annum †† uel postquam pubes factus ††† decessit, aut, uno uel altero tutore deficiente, superfuerunt qui administrationi sufficerent ††††.

\* L. 2. C. si aduers. del. §. 44. ff. ad SCt. Tertull.

\*\* L. 2. §. 26. 45. ff. ad SCt. Tertull. †† §. 6. I. ad SCt. Tertull. L. 2. §. 43. ff. eod. L. 10. C. de legit. hered.

\*\*\* L. 2. §. 27. eod.

\*\*\*\* L. 2. §. 43. eod. GVTIERRETZ *de tutel.* p. 1. c. 16. n. 110.

† u. c. ut legatum maioris momenti, sub conditione: MONTANVS *de tutel.* c. 18. n. 30. KLEIN ad SCHOEPPFERRVM p. 414.

†††† L. 4. §. 1. ff. Qui petant tutores.

### §. X.

Num ista  
pœna iure  
Nouellarum,  
et

Quid? quod ipsam priuandae hereditatis pœnam iure Nouellarum\* sublatam esse putarem, quoniam in causis, ex quibus solis parentes exheredes scribendi potestas datur liberis, uix est intermissa tutoris petitio. Quodsi uero maius est, aliquem testamento exclusum succedere, quam ab intestato heredem esse, atque ei, cui

cui quod plus est licet, id, quod minus est, non debet non licere \*\*: certe causa deficit, cur pœna priuandæ hereditatis matri, liberis super illius in tutore petendo negligentia non conquerentibus, ipso iure infligatur, e contrario, iisdem iniuriam sibi illatam exheredationis uia uindictantibus lege remittatur \*\*\*.

\* Nouella CXV. c. 4. *in tutore ipsis petendo negligentia*

\*\* L. 21. ff. de R. I. *ti, hodierno iure non adimenda*

\*\*\* IO. CHRIST. FRANCK *da c. 3. §. 12. seq.*  
*de successione liberorum, matri,*

### §. XI.

Num I. Rom. §. VI-IX. descripta dispositio Germanorum legibus moribusque, antiquis ac hodiernis, conueniat, nec ne? disceptant Dd., siquidem pœnam priuandæ hereditatis nullibi alii \*, alii ubique receptam esse \*\*, reliqui uero, eam in desuetudinem abiisse \*\*\* statuunt. Equidem, missis aliorum opinionibus, meam profitebor atque illustrabo sententiam.

Germanico  
probata sit?

\* b. DE LVDEWIG *diff. I.R.* b. SCHAVMBURG *comp. iur. digest. p. 11. p. 135.*  
*et G. in tutela Attiliana diff.*  
 X. not. tt. in opusc. f. 1194. B 2 \*\*

\*\* Qui hanc fouent opinionem, in eo nituntur, quod ius ciuile Rom. in ferendis sententiis, donec illius abrogatio probetur, attendi debeat, sitque collegiorum iuridicorum præiudiciis quandoque firmatum, CARPZOV. p. II. const. 1. d. 15. et p. III. decif. 286. PHILIPPI *u. pr. Inst.* L. III. ecl. 21. CHRISTINAEVS Vol. 4. dec. 64. n. 4. STRYK. u. m. ff. tit. qui petant tutores §. 4. Ast, me quidem iudice, frustraneo ausu, si qui-

dem ius Romanum non solum per Nouell. 115. emendatum, sed et a maioribus non nisi in subsidium receptum est, atque præiudicia, si uel maxime plura essent numero, ueritati nihil præiudicii creare queunt.

\*\*\* Huic sententiæ subscriperunt VOETIVS, SIMON V. LEVWEN, REGNERVS ab OOSTERGA, GROENEWEGEN et WISSENBACH, quos laudauit b. DE LYDEWIG c. l.

## §. XII.

Index

Eo autem redit: Vi supremæ tutelæ \* principes, eorumque nomine tutelares \*\*, et, his deficientibus, ordinarii iudices \*\*\*, alique ita priuilegiati \*\*\*, debent solentque non solum causas tutelares diligenter cognoscere, sed et tutores testamento datos, a lege uocatos, aut pacto designatos, et, si uel deficient pactitii, testamentarii ac legitimi, uel hoc aut illo modo nominati, instituta inquisitione in eorum uitam, mores, religio-

gionem, fortunasque, deprehendantur inidonei, datiuos †, uicarios constituere, siue confirmare ††, simulque tutorio, sine quo administrationem tutelæ suscipere †††, saltem in iudicio agere, nequeunt, instruere, haud tamen aliter ac præuia iurisiurandi præstatione ††††.

\* Cap. Caroli M. et Ludouici Pii Lib. VI. c. 223. Alios iurium, tam antiquorum quam hodiernorum, textus, supremam principum tutelam probantes, notauit b. HEINECCIUS d. *de suprema principum magistratuumque tutela* §. VII - XII et *Elem. I. Germ. L. I.* §. 346. seq. Vid. DN. PRAESIDIS *Element. I. Germ. Lib. I.* §. 452. seq.

\*\* Hinc inde iudicia tutelaria *Waisen-Gerichte, Obepflegschaften, Vormundschafts-Aemter, Ober-Vormundschaft,* constituta, hisque singulares leges præscriptas esse, quis est, quem fugiat?

\*\*\* Quibus nimirum ordi-

nia, eaque immediata, in pupillum competit iurisdictionio. *Baden. L. O.* p. III tit. 6. fol. 70. *I. P. Bauar.* tit. V. art. 2. ibique SCHMID. *Königl. Preuß. Vormundschafts-Ord.* §. 21. GIESEBERTI *peric. statut.* 2. tit. 20. nr. 38. Alicubi tamen et prædiorum situs, et discriminis facultatum, habetur ratio. Sic Ep. Herbipolitanus sequentem in modum disposuit:

- - *Setzen wir, daß in unserer Stadt Würzburg datio tutoris et curatoris allewege von unsern Land-Richter geschehen soll. Außerhalb aber soll solches jedes Orts Beamten mit Rath und Zutun Schultheissen, Bürgermei-*

B 3

meister und Rath oder Gerichten des Orts, da die Güter gelegen, bis auf 500. fl. Vermögen ungefehrlich angeschlagen, zugelassen seyn. Wo aber die Pflugschaft solche Summe übertrift, soll die datio tutorum et curatorum allhier vor unsern Land Gericht geschehen. Und sollen die Beamte solche hieher an unsern Land Richter weisen.

\*\*\*\* b. HEINECCIUS c. d. §. XVII.

† Gotb. Landes-Ord. p. III. n. 3. §. 3. 4. 6. p. 206. seq. Altenb. L. Ord. Beyf. p. III. n. 13. §. 3. 4. 6. p. 623. seq. Württenb. L. R. tit. 32. Regensp. Vormundschafts-Ordnung §. 1. 21.

‡ Alia est Romanis legibus fundata, alia Germanorum moribus respondens, confirmatio. Illa enim tutoris dationem, quæ legibus subsistere nequit, sublato ui-

tio, publice sustinet, L. I. §. 1. de confirm. tut. HEINECCIUS c. d. §. 20. hec uero ipsam tutelam tribuit, idque uel pactitium, testamentarium aut legitimum approbando, uel alium tutorem constituendo.

‡‡ Reform. Pol. August. de A. 1548. ubi uerba: das auch ein jeglicher Vormund, er sei gleich testamentsweise verordnet, oder durch das Recht, oder Richter gegeben, sich der Vormundschaft nicht unterziehen solle, die Verwaltung sei ihm dann zuvor durch die Obrigkeit decerniret und befohlen, et R. I. de A. 1577. tit. 32. §. 2. I.P. Bauar.



uar. tit. V. art. 4. Königl. Preuß. Vormundschafts-Ord. vom Jahr 1718. §. 33.

††† Quod etiam in iudicio imperiali aulico seruatur usu. Reichs-Hofraths Conclusa p. I. concl. 191. p. 345. Wird weiland Herrn Herzog Joachim Friederichs nachgelassenen Prinzessinnen Töchtern ersterer Ehe der Herr Herzog zu Braunschweig-Wolfenbüttel ex officio zum Vormund angeordnet, und ihm, zu Ablegung gewöhnlicher Vormundschafts-Pflichten, Zeit zweier Monate hiermit anberaumeret. Imperator tamen principes imperii nullis uerbis imperatiue conceptis tu-

tores dare aut confirmare solet. Unde sequens prauudicium: *Notificetur die in Testamento befindliche Adiunctio dem Herren Churfürsten zu Braunschweig-Lüneburg, ingleichen dem jetzo regierenden Herrn Bischof zu Münster mit der Erinnerung, daß gleichwie Ihro Kayserl. Maj. dabei ihres Orts kein Bedencken trügen, also zweifelten sie nicht, es würden dieselben derselben sich willig unterziehen, vorhero aber zu Beobachtung derer Requistorum jemand bevollmächtigen v. Reichs-Hofraths-Concl. p. IV. Concl. 243.*

### §. XIII.

Idque ex officio, i. e. si uel maxime pupilli <sup>ex officio, et quidem</sup>  
mater agnati cognatique nullos nominauerint  
petie-

petierintque tutores, et alicubi intra mensē, 14. 8. dies, aut aliud breue temporis spatium, facere tenentur. Quam thesin non solum leges uniuersæ Germaniæ communes\*, sed et pleraque iura prouincialia ac statutoria, ex quibus *Vinariense*\*\* uel potius *Gothanum*, *Bauaricum*\*\*\*, *Brandenburgicum*\*, *Badense*\*\*, *Württembergicum*\*\*\*, *Bremense*\*\*\*\*, *Hennebergicum*\*, *Tyrolense*\*\* *Altenburgense*\*\*\*, *Anbaltinum*\*\*\*\*, *Nassouium*\* nominare licebit, confirmant probantque.

\* *Reform. Pol. August. 1548. tit. 31. et Erf. 1577. tit. 32. So wollen wir -- hiermit auferleget, und ernstlich befohlen haben, -- dermassen Vergebung zu thun, und zu verordnen, daß denen Pupillen und minderjährigen Kindern jederzeit, bis sie zu ihren vogtbaren Jahren kommen, Vormünder und*

*Vorsteher --- gegeben werden.*

\*\* *p. 3. a. 3. §. 6. Und wie wohl der Mündlinge nechsten Anverwandten den Rechten nach gebühret, um Bevormundung derselben anzuhalten, jedoch soll, damit die Mündlinge nicht Noht leiden mögen, jedesmahl nach*

nach Ablauf eines Monats, nachdem die Verweisung sich zugetragen, und von deren Befreunden um die Bevormundung nicht angehalten wird, dazu nichts desto weniger bloß von

Amtswegen, sodann unverzüglich geschritten werden.

Hac esse uerba iuris prouincialis Vinariensis tradidit b. de LVDEWIG opusc. p. 1191. ast fallit et fallitur; etenim in iuris prouincialis Gothani appendice, nomine Beifügen zur Landes-Ordnung uocari solita, leguntur c. 1.

\*\*\* tit. V. a. 1. Wo der Vater den Kindern nicht Vormünder setzt, so soll die Obrigkeit die nächsten Freunde vom Vater und Mutter die dazu geschickt sein, verordnen &c. Nihil hic oneris nominandi petendi

que tutores matri aut agnatis pupilli impositum est, licet agnati furiosorum, mente captorum, pro prodigis declaratorum, lunaticorum, furdorum et mutorum, aliorumque commiseratione dignorum, ad curatores his petendos obligati, habeantur eod. tit. art. 11.

\* SCHEPLITZ consuet. Elect. et Marchie Brandenb. lib. 1. p. 3. tit. 7. §. 2.

\*\* Baden. Land-Ord. p. III. tit. 6. a. 4. f. 77. ubi uerba: denselbigen von Stund an mit ihren Vorwissen - - zu Pflegern gezogen &c.

\*\*\* F. Württenb. gemeine Landes-Ordnung tit. Pupillen-Ordnung art. 2. Ansenklichs sollen unsere Amtleute und Gerichte - - fleißig Aufmerken haben, wa sich der Fall zugetragen, das Waisen oder minderjährige ihrer Eltern (one Testament

C

ment oder sonderliche Verfehlung) beraubt, vnd also der Pfleg oder Cur nottürftig worden, alsbald vnd one einichen Verzug, -- solchen Waisen und mindergerigen irer Person, auch Haab und Güter halb, Pfleger oder Vormünder zu ermölen, vnd zu verordnen &c. f. LXXIII. seq.

\*\*\*\* Ex uetustiori quodam Codice MSt. hæc uerba notes: Hadde ein Mann Kinder und neen Wyff, offte ene Fraume Kindere und neen Mann, und die Kindere vormundig wehren, und stürve da geyses dodes, also, daß se nemandtbo deme rechten Vormunder gekobren hädde, so schälen die Rabdtmannen binnen nögesten viertein Nachten, wenn er se dat geforschet, twe bedarffe Mann dartbo setten.

\* Henneberg. L. O. p. III. tit. 6. c. 1. §. 2. So oft die Gefreunde

um Vormundschaft anrufen werden, oder, so sie nicht anrufen, sollen der Land-Richter und Gericht, Amtshalber schuldig sein, den Mündlingen fromme und erbare Vormünder -- verordnen.

\*\* Tyrol. L. O. Lib. 3. tit. 46. ap. LVDEWIG differ. I. R. et G. in tutela Attiliana diff. 8. in opusc. fol. 1190.

\*\*\* Anbült. L. und P. O. tit. 33.

\*\*\*\* Fürstl. Sächs. Altenb. L. O. p. 626.

\* Nassau Cassenelnbog. Gerichts und L. O. p. V. c. 1. ubi hæc uerba: entweder auf Ansuchen der Verwandten, oder aber, wo das nicht geschiebet, ex officio von sich selbst sollen unverzüglich Vormünder e ordnen, leguntur.

§. XIV.

## §. XIV.

Quodsi plane non, aut nimis fero fecerint, uel pœna Syndicatus \*, aliaue premuntur, uel in demnitatem pupillis præstare tenentur \*\*.

sub pena  
tutores de-  
bet consti-  
tuere.

\* Iurium, quibus hæc pœna in morosos iudices statuitur, tam prouincialium, quam statutariorum, indicem nimis longum sistit GIESEBERTVS

*peric. statut. p. II. art. 19. n. 17. seq.*

\*\* *Churfächf. Erläut. derer L. Gebr. v. Labr. 1612. tit. Justizsachen §. 6. u. dieweil &c. wir wollen &c.*

## §. XV.

Vt uero Iudex, cui bannum est amplissimum, proptereaue, quis decesserit, quosque liberos impuberes ille reliquerit, sæpe incognitum, eo citius suo satisfacere queat officio, quibusdam ciuibus, alibi pupillos ei significandi, alibi significatis tutores petendi, onus impositum est.

Quod ut ef-  
ficere pos-  
sit,

## §. XVI.

De obitu eorum, quibus sunt liberi nondum adulti, iudicem certiozem reddere tenentur

sunt, quo-  
rum hic et  
illic est

tur (1) mater, auia, reliquique sanguine iuncti\*; atque, his deficientibus, ex dispositione quorundam iurium prouincialium et statutariorum, (2) uicini\*\*, tribuni plebis, *Vierthels-Gassen-Meister*, itidem (3) domestici, ac hospites eorum, qui pupillos relinquunt, uespillones, nec minus (4) ministri uerbi diuini\*\*\*. Inter quos tamen hanc notes differentiam, quod nr. 1. et 2. nominatorum plerumque sit, (a) intra 2. 3. \*\*\*\* 4. \* 6. \*\* hebdomadam aliudue spatium lege definitum, quis mortuus sit, quosque liberos tutoribus indigentes, aut pupillos ille reliquerit, (b) sub pena aliqua \*\*\* iudici significare, immo (c) aliquos tutores nominare \*\*\*\*.

\* *Hobenlob, L. R. p. II. tit. 3. §. 1. Wiewobl die nechsten Blutsfreunde derjenigen Personen so der Vormundschaft bedürfen, die Anzeige davon bei der Obrigkeit zu thun schuldig.*

\*\* *Gülich. Rechts - Ordnung und Reformation vom Jahr 1606. c. 46. Es sollen auch die Bluts - Verwandten, oder so keine vorhanden, die negste Nachbarn schul-*

schuldig sein, inwendig Monats-Frist, nach Absterben der Eltern, den todtlichen Abgank dem Gericht des Orts anzuzeigen, umb die unmündige Kinder gebürlicher Weise mit Vormündern zu versehen. Cui dispositioni exacte respondet Solmische Gerichts-Ordnung tit. de tutoribus, cuius uerba recitauit de LVDEWIG. c. I. f. 1190. Solmische Gerichts- und Landes-Ordnung p. II. tit. 21. §. 8. ita disponit: Es soll auch die Mutter, oder, da die nicht mehr im Leben, die Anfrauwe, und so sie auch verstorben, die gesippte Freunde, auch, auf den Fall deren keine vorhanden weren, alsdenn die nächste Nachbarn

schuldig sein - - - den Toadfall der Obrigkeit anzuzeigen. Vid. etiam Corpus Iuris Prouinc. Lusat. super. p. V. p. 41.

\*\*\* Königl. Preuß. Vormundschafts-Ord. §. 65.

\*\*\*\* I. Prou. Boruff. II, 6, 2. §. 5. Solmische Gerichts- und Landes-Ord. c. 1.

\* Leipziger Vormundschafts-Ord. §. 3.

\*\* Corpus Iuris Prouinc. Lusat. super. c. 1.

\*\*\* Der Graffschaft Hobenlohe gemeinsames Land-Recht p. II. tit. 3. §. 1.

\*\*\*\* Leipziger Vormundschafts-Ord. c. 1. ubi uerba: Uns dem Rath - - etliche Personen zu Vormündern nabmbaftig zu machen &c. Vid. libellus ille, cui titulus: der Stadt Leip-

*Leipzig Ordnungen* p. 247. seq. *nigr. Preussens* p. I. Lib. 2. art. *verbessertes Land-Recht des Kö-* 3. §. 5.

## §. XVII.

mox sub  
arbitraria

Quid? quod §. pr. n. i. denominati, his et illis in locis, quin tutores pupillis a iudice petant, nequeunt \*, nisi uelint, se ad præstandum illud, quod pupillorum interest, obligare \*\*, aut reprehendi, aut pœnam incurrere arbitrariam \*\*\*, aut hereditate impuberum uel minorum priuari legitima.

\* Quod quoque alii, præsertim illi quorum interest, pupillum tutore munitum esse, u. c. cum pupillo litigaturi creditores debitoresue, defunctorum tutorum heredes, etc. tutorem possint, si uelint, a iudice petere, tralatitium est, nec huc pertinet. Vid. III. MOSER c. l. c. 89. §. 2. p. XVIII. p. 154. SPECHTS *d. de his, quæ usu fori et secundum qua-*

*rundam prouinciarum et ciuitatum constitutiones uel statuta a tutoribus et curatoribus et circa eos obseruanda sunt.* p. 32.

\*\* *Böhm. Land-Ord.* lit. N. n. 6. cc. f. *Mähr. Land-Ord.* f. 162.

\*\*\* *F. S. Gotb. L. Ord. Beyf.* p. 3. n. 3. §. 6. p. 208. *Und miewobl der Mündlinge nechsten Anverwanten insgemein, den Rechten nach, gebühret und oblieget, um Bevormundung derselben*



selben selbst anzubalten, jedoch soll damit wegen derer von ihnen etwa vorgehender Verab-säumung dero dißfalls obhaben-den Schuldigkeit (derenthal-ben ihnen doch Vorhalt und Verweifs zu thun, sie auch nach Gelegen-heit wilkührlich zu bestrafen) die Mündlinge nicht Noth leiden mögen &c.

Eadem leguntur in der F.S. Al-tenb. L.O. Anf. p. III. nr. 13. §. 6. p. 626. I. LV BEC. lib. I. tit. 7. art. 12. eine jegliche Witfrau soll nach Absterben ihres Ehe-Manns, binnen einen Viertel-jahre, Vormünder vor sich und ihre Kinder erwählen, und von dem Rath bestätigen lassen, bei Strafe gemelten erba-ren Raths, ibique MEVI- vs nr. 8.

## §. XVIII.

Iura prouincialia ac statutaria, quibus ma-  
tri cognatisque pupilli tutorum petitio, sub pœ-  
na priuandæ hereditatis, imposita est; sunt,  
quantum equidem scio, sequentia: *Ius*, scilicet,  
*Austriacum* \*, *Megapolitanum* \*\*, *Marchicum* \*\*,  
*Magdeburgense* \*\*\*, *Iuliacense* \*, *Monasterien-  
se* \*\*, *Erfordienese* \*\*\*, *Coloniense*; itidem *Ham-  
burgensia* \*, *Francofurtana* \*\*, *Wormatien-  
sia*

mox sub  
hereditatis  
priuandæ  
pena,

*sia* \*\*\*, *Bremensia* \*, *Luneburgica* \*\*, et *Cel-  
lensia* \*\*\* statuta. Quibus respondet *das verbef-  
serte Land-Recht des Königr. Preussen* \*\*\*\*.

\* *Kayf. Leopoldi neue Gerhab-  
schafts-Ordnung des Ertzherzog-  
thums Oesterreich unter der Enns*  
tit 4. §. 4.

\*\* *Mecklenburg. L. O. 1572.*  
§. und damit etc. p. 257. et in  
Per-III. DE WESTPHALEN im-  
mortali opere *Monument. in-  
edit.* Tom. I. f. 684. §. 3.

\*\*\* *Ordnung von Vormün-  
dern und Vormundschaften, vom*  
23. Sept. 1718. §. 26. seq.

\*\*\*\* *Magdeb. P. O. c. 43. §. 5.*

\* *Gülich. Ordnung. f. 39.*

\*\* *Münster. L. O. tit. 5.*

\*\*\* *Ord. Polit. Erford. tit.  
XV. c. 4. §. 2.*

\* *Stat. III, 6, 10.*

\*\* *Reform. Francof. VII, 2, 6.*

\*\*\* p. I. Lib. IV. tit. 6.

\*. tit. 16. §. 71. ap. b. de  
LYDEWIG *Opusc.* 1195.

\*\* *Lüneburg. Stadt-Recht p.*  
VII. tit. 1. §. *liese auch etc.*

\*\*\* *Zellisches Stadt - Recht*  
tit. 20.

\*\*\*\* p. I. lib. 2. tit. 6. a. 3. §. 5.  
seq.

### §. XIX.

hoc uel il-  
lo casu exi-  
stente,

Quæ tamen, non solum ratione temporis,  
intra quod, sed et ratione casuum, quibus, tuto-  
rum petitio fieri debet, a se inuicem differunt  
quam maxime. Etenim (1) *matris* est, alibi  
tute-

tutelam recusantis \*, alibi ad secunda uota pro-  
uolantis \*\*, itidem (2) *agnatorum, cognatorum-*  
*que*, alibi, si deficient, alibi, licet adsint testamen-  
tarii, tutorum constitutionem confirmationem-  
que petere.

\* *Gülich. O. §. Wiewohl &c.*  
ubi hæc legimus: *Wa aber*  
*die Mutter die Vormunderschaft*  
*nit annehmen wolte, sol sie bei*  
*Strafe der Rechten, nemlich*  
*auf Verlierung des*  
*Kinds-Erbfalls, innerhalb*  
*lares Frist, Vormünder gericht-*  
*lich zu bitten, und verordnen zu*  
*lassen schuldig sein. Statut.*  
*Wormat. p. I. L. IV. tit. 6.*  
*Will sie aber nit Vor-*  
*münderin sein, so soll &c.*  
und so sie das nit thete, soll und  
mag sie von den Kindern, ob sie  
ebe stürben, nit erben, und  
desselben Erbtheils beraubt sein.  
Chur-Mayntz. Unter-Gerichts-

*Ordnung §. 17. Wolte die Mut-*  
*ter der Vormundschaft*  
*sich enthalten, soll sie bei*  
*Strafe in Rechten verleibt, und*  
*nemlich bei Verlierung des Kin-*  
*des Erbfalls Vormünder zu bit-*  
*ten schuldig seyn.*

\*\* *Zell. Stadt-R. tit. 20. §. 3*  
*Wann sich aber die Mutter*  
*oder Groß-Mutter wieder*  
*verehelichen will, so soll sie*  
*den Rath bitten, ibren unmün-*  
*digen Kindern andere Vormün-*  
*der zu setzen -- §. 4. zeigt es*  
*auch die Mutter oder die Groß-*  
*Mutter dem Rath nicht an, so*  
*sollen sie ihrer Kinder*

D

Erb-

*Erbſchaft, wo ſie in un- verluſtig ſeyn. Reform.*  
*mündigen Iabren verſtürben, Francof. p. VII. tit. 2. §. 6.*  
 \*\*\* *Stat. Worm. p. I. L. IV. tit. 6.*

## §. XX.

fuoque  
 tempore  
 tutorem  
 petere.

Tempus, intra quod tutorum facienda est  
 petitio, mox 2\*, 3.\*\* 6.\*\*\* hebdomadam, mox  
 termini Saxonici\*, mox 6. mensium\*\*, mox u-  
 nius anni\*\*\* constat spatio.

\* *Statut. Bremſ. c. 1.*

\* *Lüneb. Stadt-Recht c. 1.*

\*\* *Statut. Hamb. et Boruff. c. 1.*

\*\* *Magdeb. P. O. c. 1.*

\*\*\* *Iur. Monast. et Megapo-  
 lit. c. 1.*

\*\*\* *Gulich Ordn. c. 1. Worm-  
 ſches Statuten-Buch c. 1.*

## §. XXI.

Quid iure  
 Auftriaco  
 et

In Archiducatu Auftriæ, deficientibus tuto-  
 ribus testamentariis, mater reliquique agnati de  
 iis, qui parentibus orbatii sunt, intra 6. hebdoma-  
 des, uel 3. menses, prouti præſentes aut absen-  
 tes sunt, sub pœna arbitraria, certiore reddere,  
 atque intra alios 3. uel 6. menses, sub pœna  
 priuandæ hereditatis pupillaris, immo cuiuslibet  
 testamentariæ, quæ ab ascendentibus pupilli  
 deriuanda est, tutorem petere iubentur.

\* *K. Leopoldi neue Gerbahſch. Oeſterreichs unter der Enns  
 Ordnung des Erzherzogthums tit. IV. §. 4.*

## §. XXII.

## §. XXII.

Denique iure Marchico, quo olim nulla pœna in tutore petendo negligentes manebat, sed iudicis erat, tutorem ex officio constituere \*, hodie dispositum est, (1) ut *mater* intra 4. hebdom. a morte patris computandas, uel tutelæ liberorum suorum legitimæ, sub illius iactura, confirmationem, uel, si ipsa tutrix esse nolit, alius, illiusque idonei, nec se excusantis, tutoris constitutionem, hancque ad summum intra 3. uel 4. menses, sub pœna priuandæ hereditatis liberorum in minorennitate decedentium legitimæ, decenter petat; (2) ut *consanguineorum proximus* intra 4. hebdom. a morte parentis, liberos minorenes relinquentis, cognita computandas, tutores a iudice constitui, sub arbitraria, et intra alias 6. septimanas sub priuatione dimidiæ partis hereditatis legitimæ in minorennitate decedentis, atque (3) si hic negligens, tunc *gradu remotior* sub iisdem legibus petat rogetque \*\*.

Marchico  
constitu-  
tum?

\* *Neuverfaste Cammer-Ge-richts-Ordnung vom 1. Mart. 1709. tit. 29. §. 9. ap. MYLIUM* Corp. Constit. March. p. II. Sect. I. n. 109. f. 420.

\*\* Ordnung von Vormündern ap. EVND, c. I. p. II. Sect. 2. nr.  
und Vormundschaften §. 26. seq. 32. f. 66.

## §. XXIII.

Conclusio. Denique non solum quæstiones illas: num secundum leges moresque Germanorum, universales particulares, (a) *vassalli, qui nullos tutores impuberi domino constituendos petierunt, felonice rei sint?* atque *agnati, si qui in causa fuerunt, ut vassallo impuberi nullus tutor daretur, iure in illius feudum succedendi priuentur?* discutere, sed et iura singularia, quæ huic vel illi Serenissimæ domui, ratione iuris tutorem eligendi, petendi &c. itidem ratione confirmationis Cæsareæ, et, quæ huic præcedere debent, præstandorum &c. competunt, pro uiribus describere uellem. Ast, quominus hoc faciam, præter alias rationes, inopinata uox patris mei carissimi: *collige sarcinulas, ac sine ulla remora in patriam redi!* me omnino impedit. Qua de re istam tractationem ad aliud tempus differre cogor.



Da



**D**a ist der Lohn, da ist der Preis,  
 Komm, nimm ihn von Salinens Händen,  
 So fest, so emsig kann Dein Fleis,  
 Und ihre Liebe sich verpfänden.  
 Sie sieht, sie kennet Deinen Werth,  
 Kaum, da Dein Wunsch nach ihr begehrt,  
 So öfnet sie den heilgen Tempel.  
 Betritt getrost ihr Heiligthum,  
 Sie zeigt, unter Lust und Ruhn,  
 An Dir der Weisheit ächt Exempel.

Mit diesen schlechten Zeilen, hat die Ehre, dem hochgeehrtesten Herrn Doctorando, als seinen Hochgeschätztesten Freunde, zu der längst verdienstlichen Doctor-Würde ganz ergebenst zu gratuliren

PHILIPP CHRIST. DAVID BOELKOW  
 aus dem Mecklenburg, der Rechten Best.  
 Opponens.

**A**ffidua Musa partam nunc accipe laurum,  
 Qua TE iusta Themis condecorare iubet.  
 Exple ipem patriæ, quam in TE, doctissime STORCHI,  
 Iam posuit: propera, MOX reditumque para.  
 Auspicium felix TIBI muneris apprecor huius.  
 Quod superest, oro; perge fauere mihi.

Hiscæ paucis nobilissimo, atque Doctissimo Dn.  
 Doctorando cum omnigenæ felicitatis voto se  
 commendare voluit debuitque

T. I. MARTINSEN.  
 LL. Cultor. Megapolit. Opponens.

**D**ein Fest, die Freundschaft, und die Ehre  
 Begeistern mich mit schöner Lust  
 O daß mein Lied so reizend wäre!  
 O glich dem Trieb in meiner Brust!  
 Erhöhe Du, o Freund! den Klang von meinen Thönen  
 Da Beyfall, Ruhm, und Glück Dein kluges Haupt bekronen.

Hier



Hier komm ich auch zu Deiner Feyer,  
 Die nicht allein die Themis schmückt,  
 Die Weisheit macht den Zuruf freyer,  
 Der sonst dem Dichter sparsam glückt.  
 Sie führt Dich Ihren Sohn selbst in Astræus Tempel,  
 Und zeigt Dich ihrer Schaar, zur Folge, zum Exempel.

Im Schmuck, der nun gedoppelt rühret,  
 Erscheinst Du mir auch Reizungs voll.  
 Die Liebe, die Dir jubiliret,  
 Jauchtz, daß sie Dich besingen soll,  
 Sie thut, und bildet zwar das Glück der künftigen Zeiten  
 Doch komt der Wunsch zu spät; Du eilst dies zu bereiten.

Die Ehre nimt die Lorbeer - Reiser,  
 Womit sie das Verdienst umkränzt.  
 Umlaubt von ihr, groß als ein Weiser,  
 Rust Du dem Glück, indem sie glänzt  
 Es folgt im Ueberfluß; ich seh ihm nach mit Freuden;  
 Es läßt sich schildern nicht, fast eher noch beneiden.

*Zur schuldigsten Beyfreude, da der HochEdle und Hochge-  
 labrte Herr Storch die Doctor-Würde übernahm, wolle  
 sich glückwünschend einfinden*


CH. H. HOTTERS

aus dem Mecklenburgischen, der H. G. G. Best.

**I**n duplici summos sic iure capeffis honores  
 DOCTORANDE pia mente colende mihi.  
 Aemulus et magnus cum iam sis artis auitae,  
 SCHOEPPFERI obueniât gloria, fama tibi!

*Ita Doctissimo Domino Doctorando, fautori ac amico  
 suo longe aestumatissimo acclamat de reditu in pa-  
 triam congratulans*

I. D. OLDENBURG  
 Med. Cult. Megapol.









Jena, Diss., 1748 (1)

ULB Halle

004 785 975

3



561







1748,6<sup>a</sup> 8  
6

DISPUTATIO INAUGURALIS IURIDICA  
DE  
**POENIS**  
IN TUTTORE PETENDO  
NEGLIGENTIVM

QVAM  
DIVINIS AVSPICIIS  
CONSENSV AC AVCTORITATE  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
IN CELEBERRIMA  
ACADEMIA SALANA

*SVB PRAESIDIO*  
**IO. RVDOLPHI ENGAVII, D.**

COD. ET NOVELL. P. P. O. CVRIAE PROVINC. AC FA-  
CVLTATIS IVRIDICAE ASSESSORIS  
SCABIN. COLLEG. SENIORIS  
PATRONI AC PRAECEPTORIS  
AETATEM COLENDI, DEVENERANDI  
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

CAPESSENDIS  
D. XXX. MARTII MDCCXLVIII.  
*H. L. Q. C.*

DEFENDET  
*A V C T O R*  
**IOHANN DETHLOFF STORCH**

GÜSTROVIENSIS MEGAPOLIT.



LITTERIS SCHILLIANIS,

